



Classical Association of the Middle West and South

2015-2016 Latin Translation Contest

Intermediate Level

Directions: Write a neat and legible translation of the passage below. Translate as literally as possible. You may write on this passage if you wish, but only translations written on the designated answer sheet will be judged. Underlined words and phrases are glossed on the second page. Time limit: 60 minutes.

Tarquin the Proud

adapted from Eutropius, *Breviarium* 1.8-1.9

Lūcius Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus rēgum Rōmānōrum, Volscōs, gentem quae nōn longē ab urbe est, vīcit, Gabiōs cīvitātem et Suessam Pometiam subēgit, cum Tuscīs pācem fēcit et templum Iovis in Capitōliō aedificāvit. Posteā Ardeam oppugnans, in octāvō decimō mīliārīō ab urbe Rōmā positam cīvitātem, 5 imperium perdidit. Nam cum filius eius, ipse Tarquinius iūnior, nōbilissimam et puḍicissimam fēminam Lucretiam, Collātīnī uxōrem, stuprāvisset eaque dē iniūriā marītō et patrī et amīcīs quēsta esset, in omnium conspectū sē occidit. Propter quam causam Brūtus, ipse parens Tarquiniī, populum concitāvit et Tarquiniō adēmit imperium. Mox exercitus quoque eum, quī cīvitātem Ardeam cum ipsō rēge oppugnābat, relīquit; 10 veniensque ad urbem rex portīs clausīs exclūsus est, cumque imperāvisset annōs quattuor et vīgintī, cum uxōre et liberīs suīs fūgit. Hinc, duo consulēs prō ūnō rēge creatī sunt; annō prīmō, fuērunt consulēs Brūtus, quī ēgerat ut Tarquinius repellerētur, et Collātīnus, marītus Lucretiae.

Vocabulary and Notes

- 1 **septimus, -a, -um (adj):** *seventh*
- 2 **Volscī, -ōrum (m):** *Volscians*
Gabiī, -ōrum (m): *Gabii*, a town in Latium
cīvitās, cīvitātis (f): in this context, *town*
Suessa Pometia, -ae (f): *Suessa Pometia*, a town in Latium
- 3 **subigō, subigere, subēgī, subactus:** *to conquer, subdue*
Tuscī, -ōrum (m): *Tuscans*
Iuppiter, Iovis (m): *Jupiter*
Capitōlium, -ī (n): *Capitoline Hill*
aedificō, aedificāre, aedificāvī, aedificātus: *to build*
- 4 **Ardea, -ae (f):** *Ardea*, a town in Latium
oppugnō, oppugnāre, oppugnāvī, oppugnātus: *to attack*
in octāvō decimō mīliāriō = “18 miles”
- 5 **imperium, -ī (n):** in this context, *power*
iūnior, -ōris (adj): *younger*
- 6 **pudīcus, -a, -um (adj):** *chaste, pure*
stuprō, stuprāre, stuprāvī, stuprātus: *to rape*
- 7 **conspectus, -ūs (m):** *sight, view*
- 8 **parens, parentis (m):** in this context, *relative*
concitō, concitāre, concitāvī, concitātus: *to stir up, rouse*
adimō, adimere, adēmī, ademptus: *to take away from*
- 10 **exclūdō, exclūdere, exclūsī, exclūsus:** *to exclude, shut out*
- 11 **vīgintī (indecl):** *twenty*
- 12 **ēgerat =** in this context, *work*